



Iacobus ille suis uigilijs & studijs in uirum doctissimum euasit. Erat is ad soluendas quaestiones omnis generis promptissimus, sermone apertus, & ingenio clarus. Inde Carthusianū ordinem assumpsit, atq; domus montis S. Saluatoris propē Erdfordiam Vicarius constitutus est: ut autem doctrina ita & moribus atq; uitæ integritate omnes eius loci superabat. Vnde literis & orationibus editus, plurimos libros conscripsit, quibus nomen suum ad posteritatis notitiam transmisit. Scripsit autem de anno iubilæo, de moribus Christianorū, de triplici statu hominum, de causis malorum, de cognitione secretorum, de ueritate, de potestate

canonum, de dignitate sacerdotij, de obseruatione mandatorum, de Indulgentijs, & de arte moriendi cum multis alijs. Moritur temporibus Friderici tertij, & Pauli papæ secundi, anno millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto. Trit.